

facere esset sicut ydea platonis. Et videtur quod deus
posset facere humanitatem separatam sicut albedinem
separatam. Et hoc probat quidam theologus. Si pater in
diuinis assumeret animam et filius materiam tantum
stante tamen unione anime ad materiam unde. **S. T.**
1. pte. q. 50. ar. 4. dicit quod non possunt esse plures hu-
manitates separate. Ex quo videtur inuere quod saltem
potest esse una. Sed istis dimissis respondetur ad ar-
gumentum quod sortes non promittit aliquid separatam
a singularibus alias non satisfaceret dando singu-
lare. Sufficit ergo quod animal et species ratione dif-
ferant sicut substantia est genus generalissimum et
tamen nulla substantia est gen⁹ generalissimum: de producti-
one autem videtur quod nichil producit nisi singulare nec
generatur homo communis ergo natura non intendit
producere nisi singulare sed intendit species conser-
uare unde videtur quod natura intendat procedere
individuum vagum. Si dicatur ex hoc sequitur
quod natura agita casu quia natura producit sortem
et tamen non intendit ipsum producere. Dicendum
quod intendit procedere aliquem hominem et hoc
sufficit. Notandum tamen quod non est simile
de sorte cuius anima est immortalis et de aliis quia
licet bonum species sit de principali intentione unius
uersi tamen etiam multitudo hominum est aliquomodo
per se intenta. **s. t. 1. parte. q. 98. ar. 1.** de appetitu
autem animalium videtur secundum **s. t. q. 85. ar. 6.** sit determi-
natus ad unum particulare ut dicit **s. t. 12. q. 13. ar. 2.**
sed contra quod habet famem appetit cibum et non hunc
vel illum si nullus sit presens vide. **s. t. q. 39. ar. 6.** pos-
test dici sicut de scientia que est de rebus particularibus
in existendo sed non in representando passive quia uniuersaliter
representatur intellectui.

Ad. 6. et 7. patet per distinctionem positam de
uniuersali. Natura enim uniuersalis considerata cum
intentione uniuersalitatis est quid posterius secun-
dum aristotem. ut dicit **S. T. 1. parte. q. 55. ar. 3. ad. 1.**
Sed vltima ad ipsam naturam scilicet animalitatis
vel humanitatis prout inuenitur in particularibus prius
est secundum naturam via generationis et tempo-
ris non autem ordine perfectionis siue intentionis
nature. Sed contra ibidem **ad. 4.** dicit quod vltima acceptum
cum intentione uniuersalitatis est principium. Non
autem est necesse quod omne quod est principium cognoscendum sit
principium eundem ut plato existimauit quia aliquando causa co-
gnoscitur per effectum. Nam autem quod sit in singularibus
habet rationem principii formalis. Ex quo videtur quod vltima qualiter
cumque accipiatur prius est singularibus aliquomodo
Sorte dicitur quod verum est quo ad cognoscendum non autem
secundum esse. Contra res sensibilis prius cognoscitur
quam ens rationis ergo prius cognoscitur singulare quam
uniuersale primo modo autem patet quia scilicet prius cognos-
cit sensibile quam suam sensationem vel suam speciem. Item uni-
uersalia sunt collecta per intellectum ex singularibus ergo
uniuersale cum intentione non est principium cognoscendum.
Ad hoc dixi. 1. phis.



D. 4. sic procedit videtur quod accidentia
non referantur ad cognoscendum quod quidem quod se-
cundo modo dicitur quod eadem sunt principia eundem
dicitur cognoscendum sed accidentia non est prin-
cipium essendi substantie sed magis econ-
uerso. igitur. sed contra est philo.

Ad. 1. deo dicitur quod de modo cognoscendi re varietur

opiniones ut patet **s. t. p. q. 84. ar. 3.** Plato enim dicit sci-
entiam per quam cognoscimus rem esse nobis coactam. Sed prius
tunc cecus a natiuitate posset iudicare de coloribus
quia haberet scientiam concreatam.

Item nullus oblitiscitur id cuius cognitio est sibi
naturalis ut quod omne rotum sit in eius parte sed mi-
torum oblitiscimur ergo scientie non sunt nobis na-
turaliter indite vel species per quas res cognoscuntur
non sunt nobis concreate. Item dicebat plato
quod substantias cognoscebamus inspiciendo quasdam
ideas immateriales et immobiles et non per motum
sed hoc destruit philosophiam naturalem que per so-
lum motum docet res cognoscere. Et etiam verum
sibile ut dum querimus noticiam rerum que nobis ma-
nifeste sunt afferre in medium alia entia que ab eis
differant sicut ydea differunt a sensibilibus. Quicquid
na dicit quod res cognoscimus non per intellectum
ydearum siue ymaginum sicut cognoscimus sanctum
petrum videndo suam imaginem ut dicit plato sed
per influxum specierum ab intelligentiis vel angelis.

Et si queratur quare indigemus sensibus dicit quod
hoc est ut excitamur ad conuertendum nos ad supe-
riores intelligentias. Sed contra quia hoc modo
etiam cecus posset habere scientiam nec oporteres
visitare electiones sed ecclesiam tantum vel curiam
ad recipiendam talem influentiam dicendum ergo
quod omnis nostra cognitio a sensu ortum habet et ideo
accidentia que sentiuntur multum conferunt ad co-
gnoscendum substantiam et iuuant nos a posteriori vnde
per figuram discernimus inter herbas et animalia
quando videmus ea a longe. Sunt enim acciden-
tia effectus substantiarum. Per effectus autem cau-
sam cognoscimus.

Et notandum quod duplicia sunt accidentia scilicet pro-
pria et quodammodo essentialia convenientia scilicet de-
terminata specie ut risibilitas. alia sunt causa que themi-
stus vocat remota et extranea ut albedo nigredo.

Et ista parum valent et prosunt ad cognoscendum
quidditatem rei. Secus autem est de propriis ut risibi-
le respectu hominis unde aliquando per talia pro-
pria substantia diffinitur: per motum etiam cognos-
cuntur mobilia ut patebit primo celi ostendendo quod
celum est alterius nature ab istis corruptibilibus et in-
ferioribus quia habet alium motum scilicet circula-
rem et similiter terra differt specie ab igne et hoc concludi-
mus ex motu. Sed dubius est de modo quo acciden-
tia potest causare cognitionem quidditatis ipsius substantie
et de hoc magis patebit **1. de anima.**

Contra hec arguitur. Primo ostendendo habitus
intellectuales esse nobis concreatos ut dicit plato
quia si noster esset habitus intellectualis quo cogno-
scimus prima principia agibilia et tamen est nobis
concreatus ut videtur velle. **San. Tho. de ve. q. 16.**
ar. 1. ad. 14. Si enim acquireretur ex actibus nostris
Tunc aliqui possent oblitisci illorum primorum prin-
cipiorum sicut possumus amittere alios habitus ac-
quisitos per actus. Et pari ratione quia inest nobis
habitus circa principia moralia. Eadem ratione. et
circa speculabilia.

Secundo arguitur quod intelligimus per influxum
specierum quia diuinatores et habentes pacta cum
demonibus sciunt occulta reuelare hoc autem non
esset nisi a malis angelis influerentur eis quedam
species ergo. Item videtur quod saltem boni angeli
16.